



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 4. De circumstantia ubi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

CAPVT I.

De furto commisso in loco sacro.

1. Suppono ex communi Doctorem consensu, furtum rei sacræ, siue fiat in loco sacro, siue non, novā continere speciem sacrilegii ratione specialis prohibitionis ex motivo religionis. Sic Henric. lib. 2. de Penit. cap. 6. n. 5. in Glos. lit. N. Turrecemata, Tabiena, Angelus, Sylvest. Farnus, & Fagundez eos citans 2. præcept. Eccles. lib. 4. cap. 4. n. 9. Erit decus iudicio à Joann. Pap. VIII. in capit. quisquis inventus 17. q. 4. Scio oppositum tenere M. Lopez, & Lublinum, quando res sacra, v. gr. Calix, non est alicujus Ecclesiæ, quod putat probabile, eos citans Leand. hic disp. 8. §. 4. q. 21. Sed mihi non placet, quia verè est furtum rei sacræ, licet nullus sit Ecclesiæ, sed alicujus personæ particularis.

2. Difficultas igitur solùm est, an furari rem non sacram in loco sacro, contineat speciem sacrilegii? Ratio dubitandi sumitur ex prædicto cap. quisquis: Ubi Pontifex, inquit, committit sacrilegium auferendo non sacram de sacro. Et idè affirmativam patem sustinent Sylv. verb. sacrileg. §. 2. Navarr. in Sum. Latina, cap. 6. n. 4. Suar. lib. 3. de Relig. cap. 5. n. 7. Laym. lib. 4. tr. 1. ca. 7. n. 18. Vazq. Nugo, & alii, quos refert, & sequitur Bonac. 1. præcept. Decal. disp. 3. q. 6. punct. unic. n. 17. Rebell. Regin. & Ledesin. apud Dian. 1. p. tr. 7. ref. 27. qui omnes existimant, quodcumque furtum, in loco sacro commissum, continere novam sacrilegii speciem in confessione explicandam.

3. Ceterum probabilius est oppositum, nisi casu, quo res non sacra, seu profana, dicata, vel commodata sit cultui Ecclesiæ, vel sub speciali ejus custodia; ita ut Ecclesia de illa teneatur. Itaque ad hanc speciem malitiæ contrahendam requiritur, quod res non sacra sit aliquid loci sacri. Sic tenent Sotus in 4. dist. 18. q. 2. ar. 4. Henric. de Penit. lib. 2. cap. 6. n. 5. Cajet. Luis, Lop. & Palat. quibus citatis, consentit Fagund. supra, & cum Lessio, Coninch, Joan. dela Cruz, & aliis tradunt Lugo disp. 16. sect. 18. n. 460. & Leand. disput. 8. §. 4. q. 18. Ratio est, quia verba illa Pontificis: *Non sacrum de sacro* restringenda sunt, ita ut minùs extendantur, quàm si dixisset, *non sacrum in loco sacro*: stricte autem accepta indicare videntur ad sacrilegium incurrendum opus esse, quod res profana sit aliquid loci sacri.

4. Hinc fit primò, juxta præfatos Doctores, non esse sacrilegium, & consequenter nec circumstantiam in confessione explicandam, si quis in Ecclesia furetur crumenam, etiam à Sacerdote, vel scamna, tapezia, & similia, non concurrentibus, quæ nuper diximus, ad sacrilegium contrahendum requisita. Fit secundò contra Cordub. in Sum. q. 13. & contra Fagund. sup. cap. 4. n. 11. eum qui, dum confitetur, furaretur à confessario rem modicam, non peccaturum mortaliter, quia furtum illud leve concomitanter se habet ad confessionem, sicut quodlibet aliud veniale, quod eodem tempore committeretur: cum his autem benè componitur recta dispositio ad absolutionem, ut benè Lugo sup. sect. 4. n. 474. Si verò confessio assumeretur, ut medium ad furtum leve, videtur sentire Lugo etiam Fagundez, intervenire culpam gravem sacrilegii: sed oppositum verius iudico: nam assumere confessionem, ut medium ad vanam gloriam non est mortale, ut tradit ipse Lugo sect. 9. Contra

meraria, ex suo genere, mortalia non sunt, ut ait Cajetanus sup. 2. 2. quæst. 60. art. 3. iudicium absque formidine de opposito, difficilè his deficientibus, admittam.

103. Adnotare hic oportet Baronium ubi suprà, imposuisse Amadeo, quod ex Div. Thoma, & Cajetano *intenter probare iudicium probabile Synonimū esse cum certa, & firma credulitate, *verum ly certa ex suo cerebello Baronius addit; Amadeus enim solūm dixit cum Magist. Serra 2. 2. quæst. 33. art. 7. firmam credulitatem, prudenti principio innixam, esse iudicium probabile, juxta Div. Thomæ verba ibi, exultantis à denunciando qui firmiter existimaret (correctionem profuturam) id est, inquit Serra prudenter & probabiliter. Unde constat firmam credulitatem, secundum D. Thom. prout à Mag. Serra explicatur, aliquando esse eisdem cum opinione probabilis, aliquando verò cum opinione temeraria, seu improbabili, ut à Cajetano usurpatur. Quæ si animadvertisset Baronius, à convitiis abstinuisset. Sed omittis nugis.

104. Temere de aliquo iudicare, esse spurium, vel illegitimum, vel Judæum, exultant à mortali Lelias lib. 2. de just. cap. 29. dub. 2. num. 14. Navarr. & Azor, & putat probabile Diana illos citans 5. part. tr. 5. resp. 68. dummodo proximo aliud non eveniat damnum. Verum Hispanis adeò infame est à Judæis originem ducere, ut hæc injuria nequeat levis iudicari, eum ægrius communiter ferant, quàm si aliud quodvis malum grave ipsis falsò impingeretur, ut benè Elicobar de Nobilitate, 1. part. quæst. 8. §. 2. num. 33. Quapropter existimo, culpam mortalem in ejusmodi iudicio temerario, sicut, & in falso testimonio, apud unum intervenire: de quo nemo dubitat.

105. Tandem advertendum est, injuriam in parentes, specialem habere malitiam contra pietatem in confessione explicandam, ut benè Bonacin. de Penit. disp. 3. q. 5. sect. 2. punct. 2. diff. 3. n. 15. Quod de peccato detractionis loquens tradit etiam Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 5. idemque dicendum est cum Lugo suprà sect. 6. n. 307. de gravi infamatione fratris, de vulneratione gravi, seu fratricidio, de quibus dubitari nequit, continere specialem deformitatem contra amorem fratribus debitum. Ex quibus concludo, iudicium temerarium, seu falsum testimonium contra parentes, seu fratres, novam ex hoc capite contrahere malitiam, quæ utpotè specie distincta debet in confessione declarari.

QVÆSTIO IV.

De circumstantia Vbi.

Circumstantiam loci per adverbium Vbi designamus, quæ cum aliquando speciem peccati mutet, & aliquando intra eandem aggraveret, opus erit in præfenti hoc examinare. Peccata prohibita in ritu loci sacri sunt tantum quatuor, utrum, homicidium, seu gravis effusio sanguinis, effusio voluntaria seminis, & violatio immunitatis Ecclesiæ. Ita omnes Doctores.

(†:†)

contra Sylvest. Angelum, & alios. Ergo neque as-
sumere, ut medium ad furtum leve: finis enim utro-
bique venialiter tantum malus est; ac proinde red-
dere nequit graviter peccaminosam actionem de se
levem.

5. Rogabis, an qui rem sacram de loco sacro fura-
retur, teneatur in confessione explicare utramque cir-
cunstanciam rei, & loci? vel satisfaciatur dicens, fura-
tum esse rem sacram, non explicando locum sacrum?
vel furtum esse rem de loco sacro, non explicando
esse sacram? Non teneri utramque circumstantiam
manifestare, sed uno, vel altero modo ex dictis, satis-
facere, tenet Fagundez de Precept. Eccles. lib. 4. cap. 5.
n. 21. in fine, quod tractant dum remisit cap. 4. n. 12.
consentit etiam Diana 1. p. tr. 7. resol. 22. Probant, quia
utraq; circumstantia ad eandem rationem forma-
lem virtutis religionis spectat, nec multum variat
iudicium confessarii. Sed contra primò, quia ut i-
sti Doctores farentur, quando votum castitatis se
habet ex parte utriusque delinquentis, non satisfacit
quis in confessione declarans proprium votum, & ex-
cludens alientum, licet utraq; circumstantia voti ad
eamdem rationem formalem virtutis religionis per-
tineat. Contra secundò, quia hæc non coherent cum
his, quæ docet ipse Fagund. sup. cap. 4. n. 9. in fine. Ubi
ex communi Theologorum sententia defendit, esse
tres species sacrilegii. Primam, furari rem sacram de
loco non sacro. Terciam, furari rem non sacram de
loco sacro: ergo juxta ipsius doctrinam, si non expli-
cetur circumstantia loci sacri, non manifestatur prima
species sacrilegii, quam contraxit, sed secunda. Et si-
militer si non explicetur circumstantia rei sacre, sed
tantum loci, non prima, nec secunda, sed tertia spe-
cies sacrilegii explicabitur. Ac proinde, vel dicendū
est, unicam tantum dari speciem infamam sacrilegii
in his furtis, vel necessariò confitendas circumstantias
rei, & loci sacri: ut cum Alcozer exstimant Lugo
sup. n. 471. & Ouiedo 1. 2. tr. 6. contrav. 5. punct. 3. n. 32.
Ego verò iudico, non tres, sed unicam esse speciem
sacrilegii, ut sentit Diana, & non satis sibi constans
Fagund. nullum enim caput invenio ad distinctionem
specificam constituendam. Cæterum si juxta hæc
principia duplex numero malitia, vel saltem una du-
plo major in eo peccato reperiatur, ut supponunt
communiter Doctores, tenebitur poenitens, ut illud
satis explicet, voce aliqua uti, quæ confusè peccatum
commisissum significet, & non aliud longè minoris
malitiæ, v. g. commissi furtum sacrilegum. Sic enim nulla
malitia in explicata manebit. Vel ut ego verius repu-
to consequenter ad superius dicta disp. 2. q. 5. n. 9. &
seq. utraq; circumstantia explicari debet, qualicet
specie non distinguatur, constituit duplex peccatum
in morali prudentum acceptione, sicut de circun-
stantia duplicis voti diximus ibi, num. 16.

CAPUT II.

De effusione seminis vel sanguinis in loco sacro.

6. Suppono primò per textum in cap. unico, de con-
secr. Eccles. in 6. cap. Eccles. de consecr. dist. 1. cap.
fin. de consecr. Eccles. capit. significasti de Adulter. &
aliis iuribus, statutum esse Ecclesiam violari per ef-
fusionem sanguinis, vel seminis, ac proinde non
posse in eis, donec reconcilientur, celebrari. Unde
provenit prædictam sanguinis, vel seminis effusionem
sacrilegam esse, utpotè sanctitati loci oppositam, &
ex motivo religionis ab Ecclesia prohibitam, ut do-
cent communiter omnes, tam Theologi, quam Ca-
nonistæ. Suppono secundò, Ecclesiam non pollui,

nec violari per sanguinis, vel seminis effusionem, nisi
notoria sint, ut docet Vazq. 1. 2. disp. 98. cap. 1. m.
2. & Card. de Lugo disp. 16. sect. 30. num. 452. b. m.
Sanchez de Matrim. lib. 9. disp. 15. n. 10. & cum
Navarr. & aliis Fagund. 2. præcept. Eccles. lib. 4. m.
n. 24. quam tenet cum aliis M. Joan. de la Cruz
direct. de sacrificio. Mis. q. 3. ubi sic: * Violatur Ecclesia
pollutione voluntaria, & publica, non per polluti-
onem, aut coitum occultum, etiam à duobus, vel
seatur, dum non publicatur, ita Palud. m. 4. q. 4. a.
& Sotus dist. 13. ar. 3. & sequitur M. Accius de ve-
lasco tom. 2. verb. Iglesia, res. 77. m. 6. ubi ait: * Adve-
ten los Doctores, q las tales acciones deben ser pu-
licas, porque si son ocultas, comunmente obran
que por ellas no queda polluta la Iglesia. * Tunc adde
alii, non sufficere delictum esse notorium, sed etiam
requiri, quod per sententiam iudicis declaratur Ec-
clesiam esse pollutam: Ita Diana 6. p. tr. 6. Mis. q. 27.
27. apud quem probabile putant Suarez, & Fagun-
dez, & Martinus de S. Joseph. in Mon. tom. 1. m.
tract. 15. de Euchar. num. 7.

7. Difficultas est, an quando Ecclesia non vio-
latur, eo quod sanguinis, vel seminis effusio in loco sa-
cro, contrahatur malitia sacrilegii in confessione ex-
plicanda, sive effusio seminis per pollutionem, sive
per copulam conjugalem, vel per illicitam con-
jugat? Affirmant Fagundez supra cap. 4. Sacramen-
ta de Religione, lib. 3. cap. 7. nu. 4. Bonacina de Matrim.
4. punct. ult. Card. de Lugo ubi supra. Palud. D. 10.
ton. Adrian. & Navarr. quos citatos sequuntur Sa-
chez lib. 9. de Matrim. disp. 15. n. 11. Eorum fundamen-
tum est, quia per talem seminis, vel sanguinis ef-
fusionem ex natura facti, & per se polluitur Ecclesia:
si enim ille actus fieret postea publicus, Ecclesia
pollueretur, & reconcilianda foret, ut deciditur in
significasti, de Adulteris: ergo à principio fuit le-
gus, & contra Ecclesie prohibitionem, quia non
incipit esse contra illam, quando postea publicatur: ergo
ab initio malitiam illam contraxit, licet ven-
lit, neminem teneri abstinere à celebratione in
Ecclesia, dum talis actus permanet occultus.

8. Hoc fundamentum non multum habet pro-
deris, quid enim prohibet, quod Ecclesia censetur
polluta, & violata, dum primum sanguinis, vel
seminis effusio fiat publica & notoria, & tamen, post
in prædicta effusione occulte facta, nulla interven-
rit sacrilegii culpa? Nonne ita potuit per sacros Co-
nones sanciri, ut sola effusio notoria, & publica
fieri, ex motivo religionis sit prohibita? Si igitur Ec-
clesia, quæ posita seminis, vel sanguinis effusio
non erat adhuc polluta, incepit postea talis esse
que novo actu, & absque nova culpa, ubi prima
prædicta effusio publicata fuerit, ut inquit Sanchez
cur dicere non poterimus, Ecclesiam pollutam, &
violari posse absque culpa aliqua, sacrilegii idque
niti, quoties sanguinis, aut seminis effusio occu-
contigerit, & postea publicetur; ac proinde publi-
catione canonica tantum esse prohibitos prædictos
actus publicè, & notoriè patratos.

9. Propter hæc secunda, & favorabilior sen-
tentia tenet, seminis, vel sanguinis effusionem in loco
sacro, si occulte habeantur, non continere malitiam
sacrilegii, & per consequens circumstantiam loci
esse necessariam in confessione explicandam. Sic
Zanard. p. 1. Direct. de Sac. Matrim. cap. 47. fol. non
898. dicens: * Non erit peccatum mortale (scilicet
sacrilegii) si copula, sive licita, sive illicita, sit facta
ta, quia tantum propter publicam pollutionem seminis
vel sanguinis.

vel sanguinis, Ecclesia ut polluta reconciliatur. * Quem sequuntur Eman. Rodriguez tom. 1. cap. 243. p. 19. Fr. B. Sil. de Leon de Marr. lib. 10. cap. 10. nu. 15. M. Victor. Graffius, & Sayr. apud illum, & alii viri doctissimi apud Dicastillo de Penit. disp. 1. dub. 8. nu. 69. Item Calpenl. Trull. Bassus, Caran, & alii apud Dian. p. 9. tr. 9. ref. 5. & probabilem ipse putat. p. 1. tr. 7. ref. 25. & 26. & p. 2. tr. 3. Miscell. ref. 13. & p. 7. tract. 11. ref. 11. Sicut, & Naldus, verb. sacrileg. num. 12. Leand. à Sacram. tom. de Penit. tr. 5. disp. 8. q. 9. & Machad. tom. 1. lib. 2. p. 3. tr. 4. docum. 3. n. 11. & novissime amplectitur Rev. P. Delgadillo tom. de Penit. cap. 17. dub. 77. & doctissimus P. Fr. Francisc. Pichon in tr. de Marr. disp. 7. f. 5. n. 150. ubi sic: * Nisi delictum effusionis seminis sit publicum, non polluitur Ecclesia. Unde si effusio seminis sit occulta, et si sit graviter peccaminosa, non contrahit malitiam sacrilegii. Ita communis sententia Avila, Azor, Toledo, Ponce. * Hanc sententiam esse satis probabilem dicit Vazq. 1. 2. disp. 98. cap. 3. nu. 6. Cui consentit Hurtad. Complut. de Matrim. disp. 10. Lugo ubi supr. & Tambur. in Method. exp. conf. lib. 2. cap. 7. §. 5. n. 35. Pro eadem militant Barbosa, & alii, quos citatos sequitur Sachus ex Ordine Minorum, in Fasciculo Flor. lib. 1. tract. 3. cap. 3. lib. 10. & D. Francisc. Verde in Opusculo pro Caranuele quæst. 4. §. 89. fol. 56.

10. Eandem opinionem, loquentes de concubitu conjugali occulto, tuentur Angles. Man. Rodrig. Vega, & alii apud Sanchez supr. nu. 10. & faver M. Sotum 4. dist. 32. ar. 3. ubi sic: * Quando talis concubitus est occultus, ut in publicum venire non possit, tunc forte non est conjugibus peccatum mortale: nam ut disp. 13. q. 2. art. 3. scripsimus, nisi de violatione legitime constititerit, non est à celebratione abstinendum, ob idque injuria non est adeo atrox censenda. * Sotum sequitur Mag. Ludovicus Lopez 1. part. inf. tr. 1. cap. 82. §. ar. verò, bi: * Si tamen sit secretus talis concubitus, quia secundum Scotum, & Theologos non indiget reconciliatione Ecclesiae, forte, inquit Sotus, non est peccatum mortale, cui ego assentior, & infra: * Dum talis concubitus cum uxore est secretus, excusatur à mortali ratione non tantæ irreverentiae, & quia per talem actum non violatur locus sacre. * Sic Lopez cum Soto ubi suprâ. Quorum ratio, aut nullius ponderis est, aut æquè probat, existendas esse à malitia sacrilegii, pollutionem, & simplicem fornicationem, si occulte fiant, ut benè notavit Sanchez supr. num. 10. * Ex ratione, inquit, hujus sententiæ aperte colligitur, fornicationem occulte admissam in loco sacro, non habere malitiam lethalem sacrilegii, atque ita loci circumstantiam non esse necessariam tunc confitendam, quia ut probavimus num. 4. tota sacrilegii mortalis deformitas ex loci sacri pollutione petenda est. At cessat pollutio, ubi est fornicatio occulta. * Quod autem malitia sacrilegii ex loci sacri pollutione proveniat, aut ex eo, quod Ecclesia violatur, tradunt apud Sanchez suprâ Palud. Sotus, Cajetan. Armilla, Victoria, Joannes Nider, Petrus de Ledesma, & plures alii, & approbavit Ludovicus Lopez loco citato: indeque inferret cap. 33. Concubitu conjugalem publicum habere malitiam sacrilegii, * cum per illum violetur locus sacre. * Igitur quicumque alius concubitus, si secretus fiat, malitiam sacrilegii non habebit: Unde inconsequenter de non conjugatis aliter sentit alibi auctoritate, ut jam diu notavi. Hec consequentia ex principiis jactis legitima est, & hoc syllogismo breviter demonstratur. Effusio sanguinis, vel seminis in loco sacro, eatenus est sacrilegium,

Part II.

quatenus per illam locus sacre violatur; sed nulla effusio ne seminis occulta violatur, ut omnes citati docuerunt. Ergo nulla effusio occulta est sacrilegium. Ut omittam juxta M. Sotum in 4. dist. 32. q. unica, ar. 3. suprâ citato, violationem loci sacri occultam forte non sufficere ad peccatum lethale sacrilegii, eo quod Ecclesia solum prohibet celebrare in Ecclesia violata, * quando violatio est publica, nam si sit occulta, nec opus est missas, & sacrificia suspendere, neque Ecclesiam reconciliare, & est, inquit, opinio communis, ut Sylvest. refert. * Si ergo concessa violatione Ecclesiae, non est adhuc sufficiens fundamentum ad gravem culpam effusionis, si occulte contingat, quantumvis, si propterea ad violationem insufficiens adstruatur?

11. Ego verò ex utriusque sententiæ fundamentis, median carpens viam existimo, malitiam sacrilegii tunc intervenire, quando vel predicti actus publice fiunt, vel in his circumstantiis, ut prudenter timeri possit publicandus: secus verò minimè Moveor, quia ut fatentur Doctores secundæ sententiæ, eatenus illi actus malitiam sacrilegii participant, quatenus locus sacre per illos profanatur, ejusque benedictio tollitur; sed per tales actus, licet secreto habitos, adveniente postea publicatione, locus sacre profanatur, ejusque benedictio tollitur. Ergo si secreto faciès non sibi suadeat probabiliter non esse publicandos, jam quatenus est ex te, habet voluntatem violandi, profanandi, locum sacrum, & consequenter non potest non delinquere contra religionem: nec aliud, nisi fallor, probant argumenta primæ sententiæ, nec fundamenta secundæ aliud suadent. In hac sententiam, ut à me explicatam, voco M. Sotum verb. suprâ datis, in 4. dist. 32. ar. 3. excusantem à malitia sacrilegii conjugatorum concubitu in loco sacro * quando est sic occultus, ut in publicum venire non possit. *

12. Non melatet Vincentium Baroniū agrè ferre, M. Sotū in hujus opinionis patrocinium advocari, ut videret licet in opere contra Amadæum disp. 2. sect. 3. ar. 2. §. 3. fol. 240. ubi non solum negat, vel tubdole tacet verba nuper adducta, ex M. Soto, sed alia contraria illi affingit, dicens M. Sotum loco ab Amadæo citato (nempe in 4. dist. 32. q. unica, ar. 3.) de conjugatis sermonē instituendo affirmasse; tam exigere, quam reddere in loco sacro esse peccatum mortale, eo quod locus sacre violatur, & sacris celebrandis ineptus fiat: Quapropter ejusmodi effusio sacrilegium est, sive clam, sive publice fiat, dummodo sit voluntaria. * Ita (inquit Baroniū) habet Sotus, * sed homo non solum hostem finxit; sed verba, quia illa sive clam, sive publice fiat, apud Sotum non inveniuntur, sed ex unico figuli cerebello ortum habuerit: præterquam quod, & verbis M. Soti superius adductis expressè contradicunt, & etiam alis ejusdem in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. vers. At. 4. infra referendis. Et forsitan, ut calumniā occurreret Baroniū affinxit Amadæo, citasse Sotum dist. 33. q. 2. art. 3. cum tamen Amadæus non dist. 33. sed 32. nec quæst. 2. (quia unica tantum in hac dist. continetur, Sotum referat. Addit Baroniū, malè omnino in nostræ opinionis patronum advocari Cajetanum. * Nā Cajet. inquit, falsò citatur ab Aquila tom. 1. tr. 17. ref. 12. quia nil habet eo tractatu, sed 31. resp. 12. * sed miror Baroniū ignorasse tr. 17. ref. 10. Opusc. Cajet. tūdem esse cū 31. In cujus fidem, ne curiosus lector hærear, duos omni exceptione majores testes advoco, Sanchez lib. 9. de Matrim. disp. 15. num. 21. lib. 1. * Ut optime, inquit, docet Cajetanus in Opusc. tom. 1. tr. 17. resp. qui est trigessimus primus, respons. 12. dub. 2. * & Rev. Candid. M. Sacri Palatii tom. 2. disquis. 24. ar. 23. dub.

Dd

4. in bi

41. ibi: * Videatúr Cajetanús in *Opuscul. tom. 1. tract. 17. responsi quæst. 3. resp. 12. dub. 2.* * En Baroni mala citatio s'ides tua est, cum unus, & idem sit locus, & à Sanchez, & M. Candido pro opinione præfata allegatus. Sed quidquid in hoc loco Cajetanus tradiderit (à quo ego pro ea citando, consulto abstinui) credo tamen, multum favere 1.2. q. 7. in *commentario*, ubi fic ait: * Circumstantia sacri loci illa sola ad faci- legii speciem trahit, quæ sanctitati loci directè opponitur, aut annexa immunitati, ut effusionis sanguinis, aut feminis humani (attendende) quæ impediunt, exhibendum ibidem Divinum cultum. * Cum autem, si occulte fiant, Divinum cultum non impedi- ant, ut tradunt communiter Doctores supra citati, sequitur aperte, Cajetanum non incongruè in patro- num nostræ sententiæ advocari.

§. U N I C V S.

Quid de concubitu conjugali?

13. **M**ajor est difficultas, an concubitus conjugalis, extra casum necessitatis, sit prohibitus in loco sacro? Negant non pauci, qui proinde per illum etiam publicum, Ecclesiam non violari, nec sacrilegii malitiam contrahi defendunt. Ita apud Sanchez *supr. num. 7.* tenent Glossa, Hugo, Laurent. Gandulf. Archidiacon. Henricus, Rosella, Gerfon: quos sequitur Basilus de Leon *lib. 10. de Matrim. cap. 10. n. 13.* ubi, his, & aliis citatis. Sic ait: * Horum accedo sententia, hac inductus ratione. Quia actus maritalis in loco sacro non habet labem sacrilegii ex naturali, aut divino jure, sed tantum ex constitutione Ecclesiastica, quæ statuit nonnullis actibus Ecclesiam violari, & reconciliandam esse, ut dicebam *suprà*. Videamus ergo an jux Ecclesiasticam statuat, maritali effusione feminis locum sacrum pollui. Si enim non statuit, non est cur dicamus, actum maritalem in loco sacro, etiam extra casum necessitatis, esse sacrilegum, imò neque culpabilem, si scandalum ab sit. Adducitur ergo textus *ex cap. significasti de Adulteriis*. At ibi est sermo de copula Clerici cum alterius uxore. *In cap. Ecclesius dist. 68. & de consecrat. dist. 1.* quod desumitur ex Concilio Niceno, tantum dicitur violari Ecclesiam, si cuiuscumque hoc est, sive viri, sive femine pollutione maculetur. Eo autem verbo non significatur maritalis actus. Ergo eisdem dico *de cap. fin. de consec. Eccles.* Debet ergo esse illicita feminis effusio. Actus autem maritalis ex se non est illicitus, & ex jure non ostenditur illicitus. Ergo non est, unde dicamus esse illicitum, & sacrilegum in loco sacro. Quod etiam à simili ostendi potest in effusione sanguinis, quæ quòdàmodo justa est, non habet speciem sacrilegii. Restat ergo, ut tantum effusione feminis ex se illicita, & quæcum peccato mortale sit, polluat Ecclesia, & illa sola commissi in loco sacro, habeat speciem sacrilegii. * Hactenus Basilus.

14. Hanc sententiam, et si cum formidine, tenuit etiam M. Sotus in 4. diff. 11. q. 2. art. 3. §. ait 4. S. Thom. ubi sic: * Violatur Ecclesia per quamcumque illicitam feminis effusione in vigilia, ut habetur cap. signifiasti de Adulteris. De qua etiam effusione feminis, & sanguinis, habetur etiam de consecr. diff. 2. Canone Ecclesie Et de consecr. Eccle. vel altaribus, cap. fin. tametsi de conjugali concubitu dubium sit inter Doctores: Et forsan per illum concubitum non violatur; nam pœnæ sunt restringendæ. * Sic Sotus, ejus opinio non abique formidine sequetur Martinus de S. Jo.

leph. in monitis Confess. tom. 1. liba. 79. 50. de Mon
num. 2. Ma. carehns tom. 1. de Sac. 7. 5. num. 117.
pro illa refert Angellus & Sylvestrum. ut supra
4. de Sacrific. Missa. diff. 7. F. Francisc. Pichon
Matrimon. disp. 7. f. 5. 5. num. 147. D. Probans
pro Caramuele q. 4. §. 2. 6. fol. 57. D. Francisc.
rati Diana par. 11. r. 8. fol. 34. D. Cicaliti de
tom. 3. r. 10. disp. 9. dub. 5. num. 57. M. Serra in 2.
artic. 3. §. Tertius est fol. mibi 54. & M. Acan in 2.
lato tom. 1. verb. Iglefia. 7. fol. 77. num. 8. 2. am. inq.
Pero ortes conms probabilit. "Et quoniam Ma
tin. Perez de Matr. disp. 49. f. 2. 4. n. 7.

15, Pro hac sententia adducit Vincentius Bagnius ubi supra, Amadeum Guimenium trall. de thes. prop. 11. cum tamen ipse ibidem non trall. de thes. tam expresse teneat, dicens, * Carerem concessum ex communis inter Theologos, & omnino teneat ex cap. fin. de consec. Eccles. & cap. Eccles. fin. de elec. potuit clarius dicere. Addit insuper calumniam eam Baron * Mala est consecutio, quam arguit Amadeus à conjugatorum occulto, ad publicum loco sacro congressum, * cum tamen Amadeus talem consecutionem non urgeat, nec pro illa obprobrium aliquem referat: omnes enim, quoad hoc, ex diverso principio id tenent, nempe ex eo, quod sola copula illicita contra calumniam sufficiens, utro à sacris Canonibus prohibita, scens conjugatorum occultis ex superius dictis. Affigit proinde Baronius, Amadeum ex conjugatorum occulto congressu licito, deducere similiter non esse illegium, solummodo quencumque in locum sacrum, quali publicum etiam à sacris legibus missum, solutos exmerit, Quod nec in Amadei, nec in illius ex Doctoribus, quos refert, mentem, venit potius. Quinimò, nec ex occulto conjugatorum occulto, nec occultum solummodo à sacris legibus excludendum, dedit, sed utrumque ex eodem principio tenent, nempe quia per occultum, sive licitum, sive illicitum non violatur Ecclesia, nec reconciliatione indiget, ut docent communiter Doctores. Ledet enim placet ad voco. Sed his omisiss, quia calumniam non minus est finis.

16. Noſtra ſententia eſt, per concubitus cog-
galem, extra calum neceſſitati, in Eccleſia habi-
tatum, niſi occulte exerceatur, Eccleſiam pollutan-
tiationeque indigere, ac providè ſpecialiſſimi
gii malitia inſici. Ratio eſt, quia cap. Eccleſius, di-
ſt. 2. et diſt. 2. & cap. Eccleſius, diſt. 68. de uſurariis
cilio Niceno, dicitur generaliter, Eccleſiam pol-
languinis, aut ſeminiſ effuſione: atque per ef-
fuſionem ſanguinis licitam, iudiciſ acquiritur
ctam, locus ſacer polluitur. Ergo, & per effuſionem
ſeminiſ ex ſcllicitate. Neque hiſ obſtat Baſilius
præd., explicatio, quia ubi non diſtinguitur, non
diſtinguere debemus. Quapropter hanc ſententiam
amplectuntur ſerè centum Doctores, quos
ſequitur Thom. Sanchez lib. 10. de Matrim. diſt. 2.
7. & M. Sotus ſibi contradiſt. diſt. 32. quæſt. 2. et
3. conſul. 3. ut certam ſupponit, & hanc autem con-
nem: tamenſi, ut verum fatear, contraria hæc
poſſit falſitati convinci. Cum juxta communem
Doctorem ſententiam, quos citatos ſequitur. *Ex
part. 11. traſt. 2. reſol. 58.* In effuſio ſanguiniſ (extra
dicalia) à peccato mortali excuſetur, quancumque
cauſa, nec erit ſacrilegium, nec violabitur Eccleſia.
Cur ergo idem non erit de effuſione ſeminiſ? Sed
quidquid de actu publico ſci, ſecus dicendum, ſci-
cubitus conjugalis occulte habeatur, ut enim de
profuſus de illo, quod de copula illicita, & ſpolla-
tione

tionem occultè habitis, juxta superius dicta, dicendum erit: Et potiori jure, ut ex terminis patet. Unde cum hæc malitiam sacrilegii non contrahant, eo quod secreto factis, locus sacer non violetur, ita nec concubitus conjugalis.

17. Dubitant nihilominus Doctores, an in casu necessitatis, v. g. quando conjuges diu sunt intra Ecclesiam inclusi, nec patet aditus ad cameram adjacentem, possint in eodem toto publicè accubare. Negant plures apud Sanchez supra num. 9. Affirmant Albertus Magnus in 4. dist. 32. artic. 11. ad secundum. Sylvest. quest. 3. num. 5. Joann. N. der in summ. præcept. 6. cap. 4. Margarita Confessor. 6. præcept. fol. 86. Petrus de Ledesma de Matrim. quest. 64. artic. 7. com. 1. & in summ. tract. de Eucharist. cap. 20. diffi. 1. circa modum, quo polluitur Ecclesia femine, vers. Digo primero, & viginti alii Doctores, quos citatos sequitur Sanchez ubi supra, num. 12. Quibus lubens assentior, quia credibile non est, Ecclesiam cum tam manifesto incontinentiæ periculo, quod attenta humana fragilitate, moraliter prorsus inevitabile est, voluisse conjuges tam diu continendum obligare. Si autem quæras, quod tempus dicatur longum, quodnam breve, ut casus necessitatis reputetur: Patet Thom. Sanchez unum mensem longum tempus existimari: alii verò diuturnam obsidionem reputant decem, aut quindecim dies: alii verò quatuor, aut quinque, ut viderelicet apud Fagundez, 2. præcept. Eccles. lib. 4. cap. 4. num. 24. Imò addit Sanchez numer. 13. prope finem, posse statim conjuges coire in Ecclesia, si constet, fore, ut ea obsidio diu perseveret, quia jam adest urgens causa, & necessitas prædicta.

18. Est tamen advertendum pro omnibus superius dictis, notorium, sive publicum illud tantum esse, quod sex personis notum est, ut ait S. A. verb. Manifestum: Septem verò requiri, docent Mascardus, & Martinus Antonius loquentes de percussione Clerici notoria: in quoddecem testes exigit Adrianus. Sed plus addit Avila, ex Navarro, & Soto; approbatque Diana omnes citans 2. part. tract. 2. Miscellan. resol. 12. percussorem clericum in magna civitate coram decem, vel duodecim, non esse notoriam: secus si in oppido parvo, vel Collegio; quæ quidem ad notitiam casum applicanda sunt. Verum laxius Fagundez, secundo Ecclesia præcepto, libro 4. cap. 4. num. 24. ut copula, seu seminis, vel sanguinis effusio publica sint, requirit, quod majori parti Parochiæ, vel viciniæ nota fuerint. Quem alii sequuntur, & sunt valde observanda ad ea, quæ diximus num. 9. melius intelligenda.

CAPUT III.

Verum tactus impudici, & turpes in Ecclesia habeant malitiam sacrilegii in confessione explicandam?

19. Plures Doctores negativam sententiam tuentur, cessante periculo pollutionis: pro quastant Alcozer apud Sanchez supra: & Cajetanus, & Navarrus apud Fagundez in Decalogum lib. 3. cap. 3. num. 13. Quibus adde Bonacinam, & Homobonum, quos citatos sequitur Diana 1. p. tract. 7. resol. 23. & p. 2. tract. 13. Miscellan. resol. 23. & Leander à Sacram. tom. 1. de Penit. tract. 5. disp. 8. §. 4. quæst. 13. addens Jesualdum 1. p. summ. tract. 19. cap. 4. quæst. 14. num. 23. & viros alios doctissimos; & tenet M.

Parrs II.

Zanardus 1. p. director. de Matrim. cap. 41. pag. mihi 898. ubi sic ait. * Non erit peccatum mortale, (nempe sacrilegii) primo quoad cogitationes, locutiones, & tactus impudicos, citra periculum pollutionis seminis: quia propter hanc causam haberent circumstantiam mortalem. * Et novissimè amplectitur Reverend. Candidus, Magister Sacri Palatii rom. 2. disp. 24. artic. 23. dub. 41. ubi sic. * Aspectus, nutus, verba inhonestæ, tactus turpes in Ecclesia, absque pollutionis periculo, non habent circumstantiam sacrilegii aperiendam necessariò in confessione. Videatur Cajetanus in opuscul. tom. 1. tract. 17. resp. qui est 31. resp. 11. dub. 2. * Quos sequitur M. Acatius de Velasco rom. 2. resol. Moralium, verb. Luxuria, 208. num. 2. ubi ait: * Non est circumstantia el delear en la Iglesia tener acto carnal, que se ha de executar fuera della; y lo mismo es de los tactos, ofuculos, &c. que se hazen sin peligro de polucion. * Quod putat probabile Corduba quest. 190. & me citato, sequitur D. Franciscus Verde in opuscul. pro Caramuele quest. 4. §. 88. fol. 59. addens Tabienam, Caramuelem, & M. Serram 1. 2. quæst. 72. artic. 6. dub. 1. §. Hinc colligitur, & ante illum Vilalobos in Sum. tom. 2. tract. 40. diffi. 14. ubi de desiderio rei turp s ait: * No tiene particular deformidad, que no es irreverencia contra el lugar sagrado, y lo mismo de los tactos, que se hazen sin peligro effusionis seminis. * * Eandem sententiam, quoad aspectus, nutus, & verba inhonestæ, tenent Canus, Ludovicus Lopez, & Ledesma, apud Sanchez supra num. 20. Et pro omnibus stant rex in cap. final. de consecrat. & rex in cap. Ecclesis de consecrat. dist. 1. & rex in cap. Ecclesis, dist. 68. & reliqui, in quibus tantum dicitur: * Ecclesiam pollui seminis, aut sanguinis effusione. * Non ergo tactibus, quantumvis impudicis, seclusa pollutione. Et ita cum Vazquez, Sanchez, Henriquez, & Fagundez tradit Oviedo 1. 2. tract. 6. controvers. 5. p. 3. n. 65. & sequitur Sebastianus Sachus ex Ordine Minor. in Fasciculo flor. lib. 1. tr. 3. cap. 3. dub. 10. n. 93. ubi ait, hanc sententiam tenere Magistros Candidum, Serram, item Bonacinam, Merollam, & alios.

20. Pro hac sententia militare debent Sotus, & Ludovicus Lopez alibi citati, qui circumstantiam loci sacri, tunc in confessione necessariò aperiendam putant, quando actus inhonestus, in eo admixtus impedit ibi posse divina celebrari, quod tenent etiam Cajetanus, & Navarrus supra memorati. Prædicti enim tactus id non impediunt, quia illis non violatur Ecclesia. Nec est violationis periculum, cum absque pollutionis periculo contingant, ut ponimus.

21. Adde, quod si ejusmodi tactus secreto fiant, etiam si cum periculo pollutionis occultæ, non habebunt malitiam sacrilegii, juxta Doctores cap. præcedenti citatos assentes, nec pollutionem ipsam, nec simplicem fornicationem, si occultæ fuerint, prædictam malitiam contrahere, ut bene advertit Leander ubi supra disp. 8. §. 4. g. 13. Ideò R. P. Delgadillo rom. de Penit. cap. 17. dub. 22. postquam id de pollutione statuit, sic ait: * Unde à fortiori deducitur, neque per tactus turpes, aut aspectus occultè factos in Ecclesia, violari Ecclesiam, unò, neque per fornicationem occultam: & consequenter, quando est secreta, non est necessarium aperire hanc circumstantiam in confessione. * Et sequitur Franciscus Pichon ubi supra num. 135. dicens: * Ex dictis sequitur, non esse sacrilegia, cogitationes, desideria, & tactus, inhonestæ. Ita necessariò fateri debet Auctores supra citati.

D d 2

citati num. 150. & sequitur noster Emanuel, qui solum excludit tactus impudicos in partibus venerandis, quod etiam ego dico, dum sequatur pollutio notoria; secus aliter. * Imò M. Serra in 3. p. de Sacram. q. 83. art. 3. fol. 540. §. Tertius est. Existimat, Ecclesiam non violari per pollutionem, nisi copiosa sit. * Copiosa, inquit, esse debet, sicut effusio sanguinis: unus enim, vel alterius gutta emissio, quæ accidit turpia cogitantibus, non sufficit ad polluendam Ecclesiam. * Quod est valde notandum.

22. Consensio Doctoribus c. tatis, quoad tactus turpes in loco sacro occultè habitos: dissentio verò omnino ab aliis, qui etiam publicè factos à malitia sacrilegii eximunt. Moveor, quia licet ex speciali statuto Ecclesiæ nullibi inveniantur prohiberi, secluso periculo effusionis seminis (ac proinde locus sacer per illos, sive occultè, sive publicè habeantur, non violatur; & propterea, nec reconciliatione indigeat, nec opus sit Missas, & sacrificia suspendere) nihilominus ejusmodi tactus impudicos in Ecclesia publicè fieri, tanquam indecentissimos sanctitati loci, jus divinum naturale prohibet; idèque sacrilegii malitiam subeunt. Ita tradit P. Tambur. in Method. lib. 2. cap. 7. §. 5. num. 37. & à fortiori Ortiz in Sum. notabilis in fine, circa 6. præceptum. P. Salas 1. 2. tom. 2. tract. 13. disp. 6. sect. 22. num. 150. & P. Suarez tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 7. n. 11. ubi cum Cardinali, Sylvestro, Lopez, Rodriguez, & Ledesma, asserit, hos actus impudicos in Ecclesia factos, esse mortalia sacrilegia, ex vi legis naturalis, quia prudenter reputantur materia gravis, & sufficiens ad gravem irreverentiam loci sacri: quos sequitur M. Raphael de la Torre 2. 2. tom. 2. quest. 99. art. 4. disp. 7. Quorum sententiam approbo, quando publicè fiant: secus si occultè, propter superius dicta.

23. Hoc etiam fundamento non incongruè defendi potest, concubitus conjugalem publicum in loco sacro, extra casum necessitatis, malitiam gravem sacrilegii contra jus divinum naturale contrahere, etiam gratis dato, nullo jure Ecclesiastico fuisse prohibitum, ut contendunt Doctores, quæst. præcedenti, num. 13. & 14. citati. Ex quibus solum inferri poterit, Ecclesiam non manere violatam, nec reconciliatione indigere, non verò malitiam sacrilegii vitari.

CAPUT IV.

Quid veniat nomine loci sacri, quoad furtum, & sanguinis, vel seminis effusionem?

24. **R**espondeo, tantum venire Ecclesiam, vel locum consecratum, aut benedictum: & ultra requiri, quod sit ad officia divina, aut fidelium sepulturas deputatus. Ita P. Henriquez lib. 9. cap. 27. & lib. 5. de Pœnit. cap. 6. num. 9 in Gloss. lit. H. Sanchez lib. 9. de Matrim. dub. 15. num. 24. Fagundez 2. præcept. Eccles. lib. 4. cap. 4. num. 32. cum Rodriguez, Navarro, Capua, & aliis. Undè constat, nomine loci sacri venire etiam cimiterium benedictum ad fidelium sepulturam, ut contra Sotum in 4. dist. 32. quest. unica, art. 3. conclus. 3. docent communiter Theologi, quos citatos sequuntur Fagundez, supra numer. 34. & Thom. Sanchez num. 40. & constat ex capit. unico, de consecrat. Eccles. in 6.

25. Ex dictis colligitur, non contrahere malitiam sacrilegii copulam, vel sanguinis, vel seminis effusionem, in cameris Ecclesiæ adherentibus, vel in ista, vel in turri, ubi cimbala pullantur. Ita Fagundez, & Sanchez supra cum pluribus neque habent in tribunis ad sacrum audiendum ex adveniente edificatas, quia istæ ad divina officia celebranda deputantur, sed sunt quasi cameræ distinctæ, Ecclesiæque adherentes, ut benè Sanchez l. p. c. l. in choro, quia est intra Ecclesiam ad divina officia deputatus, ut ex Sanchez tenet Fagundez l. p. c. l.

26. De confessionariis est major difficultas, ut veniant nomine loci sacri, & dicendum est non venire, quoties confessionarium fuerit intra concavum parietis à parte externa Ecclesiæ, quæ ad cimiterium non pertinet. Idem dicto, quoties fuerit constitutum confessionarium intra parietem concavum, dummodo parietis alique tenet ex latibus ducto, vel tabulis, vel panno et cetero dividitur, & solum per crates, aut foramina confessiones excipiantur: tunc enim pars illa, quæ ad confessionem spectat, non est locus sacer, secus ea, quæ non ad confessionem accedunt. Ita Sanchez, & Fagundez supra cum aliis apud ipsos.

27. Claustra Religiosorum, & oratoria, si benedicta sint, & officis divinis, aut mortuis sepelendis destinata, certum est, venire nomine loci sacri: verò minimè. Idem dicendum est de reliquis Religiosorum habitaculis, & officinis, quoad prædictum effectum, tametsi omnia Ecclesiastica immunitate gaudeant. Vide Sanchez supra num. 42. & Fagundez num. 39. Henriquez lib. 2. de Pœnit. cap. 6. num. 1. & alios apud ipsos, penes quos plura de hoc tractatu. Idem tradit cum Sanchez, Fagundez, & Duran, Leander disp. 8. §. 4. quest. 25. de pollutione, seu copula habitis in Oratorio alicujus domus, in quo de loca Ep. scopi Missæ celebrantur: hujusmodi enim locus non est benedictus; nam tale Oratorium, ad tantum fundatoris, potest ad usus redire prophetarum: sicut ergo conditio necessaria, ut malitia sacrilegii refundi possit.

QVÆSTIO V.

De circumstantia Quomodo.

CAPUT I.

An pœnitens teneatur in confessione explicare consuetudinem peccandi?

1. **A**ffirmant Fagundez, Henriquez, Tabien, Resella, Sotus, & alii. Sed melius negant Suarez, Vazquez, Bonacino, Reginaldus, Rola, & alii, quos citatos sequitur Diana par. 1. m. 7. resol. 15. & 55. Ratio est manifestissima; quia neque præcepto divino, neque humano tenetur pœnitens idem peccatum bis confiteri: ergo qui semel confessus, non tenetur iterum peccans se accusare, & incidere, ergo per se loquendo non tenetur explicare consuetudinem; aliàs deberet plures se accusare de eodem peccato. Si autem consuetudo erant ex occasione proxima peccandi, non aliter tenetur illam explicare, quam opus sit ad occasionem proximam declarandam.